

SANCTI EUGENII III EPISCOPI TOLETANI

# OPUSCULORUM PARS SECUNDA.

## SEQUUNTUR MISCELLANEA.

### *Lectori admonilio.*

*Ecce tibi, lector, reliqua sancti Eugenii carmina, quæ in Codice de Azagra adhuc delitescentia, nunc primum opera nostra publicam lucem aspiciunt. Evidem ea cum præcedentibus in prædicto Codice permista sunt; nos vero ab illis sejuncta damus, quo facilius appareat quid novi hæc nostra afferat Editio. Codex præterea multis locis corruptus est nobis sanandus fuit, quoties in apertum librarii errorem incidimus; dubias vero interim lectio-nes retinuimus; namque omni alio Ms. destituti, non habuimus quocum hæc loca conferremus, ex variantibus lectionibus lucem aliquam, ut fieri solet, capturi. Illud deinde te monitum volumus, nos omnes hos versus quass germanos Eugenii nostri fetus nequam repræsentare, licet in prædicto Codice sub uno Eugenii nomine ordine coæsttinuo reperiamus scriptos. Illi quidem maximam partem Eugenii stylum sapient; attamen librarii imperita nosculus videmus cum ceteris consarcinatos, Eugenio certe non tribuendos, quos ideo velut spurious ad calcem rejecimus. Alios vero etiam illorum, quos suo loco re inuimus, ita leves, dissolutos, atque incultos videas, ut per-  
cederi sibi nemo possit, ab Eugenii nostri vena nec inopi, nec illa rustica profluxisse.*

### \* ITEM ALIUD EUGENII EPITAPHIUM.

I. Mole culparum graviter onustus,  
Crimine summus, vitiis abundans,  
Quem bona nusquam recoles amasse,  
Occubat <sup>b</sup> isto.

Vixit horrendo madidus tempore,  
Tardus ad sanctum, celer ad malignum,  
Ore, non corde monachi retentans  
Religionem.  
Imprecor inde tumulatus ipse,  
Propter has culpas Dominum precari,  
Quisque funesto relegis amarum  
Carmine Threnum.

#### II. Item Tetrasticha in senectam.

Nulla bona grata, quæ senilis devehit ætas,  
Sed dura generat, duraque cuncta parat.  
Hoc solum prestat miseram attigisse senectam,  
Quod luxum carnis Jain caro fessa cavet.

#### III. Versus supra lectum.

Incliti parentis, alme Christe, pignus unicum,  
Membra, quæ labore fessa nunc præpono lectulo,  
Cerne mitis, et benignus, atque clementissimus;  
Tolle monstra, strige fibras, et soporem tempora,  
Improba ne dum quiete prægravantur viscera,  
Demorum fraude maligna sentiant piacula.

#### IV. Item aliud.

Crucis almae fero signum: fuge, dæmon.

#### V. Distichon Philomelaicum.

Sum noctis socia. sum cantus dulcis amica,  
Nomen ab ambiguo sic Philomela gero.

#### VI. Item.

Insonnem Philomela trahit dum carmine noctem,  
Nos dormire facil, se vigilare docet.

#### VII. Item dialogon tetrastichon.

Dic, Philomela, velis cur noctem vincere cantu?

<sup>a</sup> Quicunque hæc priora epigrammata cum præcedentibus similis argumenti XII, XIV, XV, XXIX, aliisque conferre voluerit, non dubitabit eundem

A Ne noceat ovis vis iniuncta meis.

Dic, age, num cantu poteris depellere pestem?  
Aut possim, aut nequeam, me vigilare juval.

#### VIII. Item carmen Philomelaicum.

Vox, Philomela, tua cantus edicere cogit:  
Inde tui laudem rusticæ lingua canit.

Vox, Philomela, tua citharas in carmine vincit,  
Et superat miris musica flabra modis.

Vox, Philomela, tua curarum semina pellit,  
Recreat et blandis anxia corda sonis.

Florea rura colis, herboso cespite gaudes;  
Frondibus arboreis pignora parva foves.

Cantibus ecce tuis recrepat arbusta canoris,  
Consonat ipsa suis frondea silva comis.

Judice me, cignus, et garrula cedat birundo,  
B <sup>c</sup> et lat et illustri Psittacus ore tibi.

Nulla tuos unquam cantus imitabitur ales,  
Murmure nainque tuo dulcia mella fluunt.

Dic ergo tremulos lingua vibrante susurros,  
Et suavi liquidum gutture pange melos.

Porrige dulces sonus, attentis auribus escas;  
Nollo tacere velis, nollo tacere velis.

Gloria summa tibi, laus, et benedictio, Christe,  
Qui prestas servulis hæc bona grata tuis.

#### X. De ulmis, et passeribus.

En per frondosanas herbosi cespitis ulmos

Concentu pariles dulce queruntur aves.

Hic fessa gelidis tradamus corpora flabris,  
Pronentes verbis carmina dulcifluis.

#### X. De jurgio quod accidit.

C Non sensus, lector, queso, non verba requiras,  
Scribere nam versus impul.t, ecce dolor.

Christe, sove segnis <sup>c</sup> torpentia carmina lingue,  
Ut possim questus ipse referre meos.

Eugenium utrorumque parentem exstitisse.

<sup>b</sup> Forte scripsit Eugenius istoc, non isto.

<sup>c</sup> In Codice legitur et torpentia; sed illud et librarii

SANCTI EUGENII EPISC. TOLEPANI

- A
- s oculis posco, da verba querelis,  
lere requies, gaudia poena mihi.  
eram nimirum dilecto mente sodali,  
et ob affectum carmina moesta canunt.  
Et Euriālum Nīsus dīlexit amatum,  
tebat ut nos pax in amore Deus.  
ordes animos solvens discordia carpit,  
cessit duris pax tenuata dolis.  
urtur solus, percuso compare, plango,  
et frustra lacrymas penso perire meas.  
bor jocari, labor; succurrите fratri,  
Præbete socio cum pietate manum.  
Alle, precor, penitus pungentia jurgia, Christe,  
Ut possem sacrī latēt adesse tuis.
- XI. De partibus humani corporis.  
Partibus constat humanae machinae carnis,  
Sed multipliciter quæ numerentur habes.  
Portio prima caput, collus, ac brachia, truncus,  
Intera, sensus iners, semora, crura, pedes.
- XII. De Phœnīce ave.  
Unica sum Phœnix immensi temporis ales,  
Cum volo tum morior, et vitam mortis resumo.
- XIII. De Alcione.  
Alcion hibernum cum ponit littore nūlum,  
Spumea fluctivagi frangitur unda sali.  
Duc ergo celerem festinus navita puppem:  
Bis septem soles æquora tuta tenent.
- XIV. De hirundine.  
Arboreas exosa comas, et rura relinquent,  
Vestre tecta domus, et hospes hirundo colo.  
Parce, precor, nostros dente contingere natos,  
Est namque facinus, hospita membra cibum.
- XV. De turture.  
Utile conjugibus exemplum præbeo turtur:  
Non repeto thalamum, nec conjux casta maritum.
- XVI. De pavone.  
Fulgida pinna facit illustrem tegmine pavum;  
Aurea pluma nitet, sed caro dura manet.
- XVII. De avibus loquacibus.  
Psittacus, et corvus, cornix, et garrula pica,  
Gragulus, et sturni verba referre solet.
- XVIII. De bubone.  
Vitans plumigeras infelix bubo catervas,  
Carmine fatali funera dira canit.
- XIX. De echinū pisciculo.  
Parvulus echinatas, ingentem pondere naveam  
Fluctibus in mediis ore tenere vales.
- XX. De stellione.  
Stellio guttatus nomen de corpore sumpsit,  
Stellata maculis languida membra trahens.
- XXI. Asyndeton de quinque sensibus.  
Auditus, visus, gustus, olfatio, tactus  
Aure, oculis, ore, cute corporis existant.
- XXII. De temporibus anni.  
Ver gignit flores, pingueſcit messibus aestas,  
Autumnus uvas, bruma succidit ol. vas.
- XIII. Diatichon prognosticon.  
Mane rubens coelum venturos nuntiat imbre,  
Vespere puniceum signat consurgere ventum.
- XXIV. Item prognosticon.  
Cum terras nebula pressant, dux clara propinquat;  
Æthera cum densant, imbris arva rigant.
- XXV. De glacie.  
Frigore constricta pendet, ut vellera, limpke,  
Et stat fixa loco cursilis unda gelu.
- XXVI. Enigma.  
Quæ res progenerat, quo demum dignitur ipsa?  
Unda gelu generat, dignitur unda gelu.
- XXVII. De gagathe lapide.  
Sum levis, et lenis, piceo colore gagather;
- B
- Ardeo tinctus aqua, restinguor tinctus olivo.
- XXVIII. De magnete.  
Magnes ferricolor ferrum suspendere novit:  
Sit præsens adamans, quod tenet ille cadit.
- XXIX. De asbeston.  
Asbeston callido si sit succensus ab igne,  
Nec valeat extingui, nec sua flamma perit.
- XXX. De adamante.  
Prædurus adamans ferrum non suscipit omne:  
Hircino tactus sanguine mollis erit.
- XXXI. De speculari.  
Ut Phœbus specular transiens irrumpere nescit,  
Sic Christum generans virgo Mar'a manet.
- XXXII. De citri qualitate.  
Pulchra cute, carne dulcis, et acerba medollis.
- C
- XXXIII. In disco argenteo.  
Candida conspicuum produxit massa catinum.  
Quo parce nitidus transit in ora cibus.
- XXXIV. In vase salario.  
Congrua pulmentis introrsus grana geruntur,  
Concreta limphis, aut nutrita montibus.
- XXXV. In fibulam matronilem.  
Officii nostri est vincire segmina morsu.
- XXXVI. In columnam parvulam.  
Cum sim parva himis, ingentia pondera port,  
Nititur et fabricat me super omnis onus.
- XXXVII. De arula.  
Arula sex rebus semper candescit, asello,
- D
- Ignibus, et lignis cum forcipe, sole, batili,  
XXXVIII. Interrogatio pro coeli qua  
Suspice, si rutilis refulgent æthera flammæ  
Responsio pro serenitate.  
Lucida lucifluis perlucent pro nubilo.
- Igneæ nimbiōma compressit nubila pa  
Item, cum coelum mistum  
Pars coeli claret stellis, pars pallet at
- XXXIX. De qualitate vent  
Circius æstivo, vulturnus frigore gr  
Circius æstivos compescit flamine r
- Hoc loco desideratur aliquid a  
latem; nos legeremus: Partibus /

## XL. Ad Calidam.

Vivas in numero saeculorum tramite, rector  
Effracta nobis æmula colla premens ;  
Sic regno felix, et pacis munere pollens,  
Sic pietatis amans, justitiaeque tenax.

## XLI. Ad sabana.

Omnibus effectis, quæ poscit cura lavacri,  
Prætendo membris linteæ clara tuis.  
Et hec candiflico prænienteant tegmina cultu,  
Vestrum sic meritum promicet ante Deum.

## XLII. Conclusio.

Omnipotens rerum factor, regumque creator,  
Accipe propitius quæ tibi summe loquor.  
Porridge victricem pro sacro principe dextram,  
Quæ præstet votis prospera bona suis.  
Perferat insignes semper ex hoste triumphos,  
Nec cedat ullis, te comitante, malis.  
Sit blandus famulis, sit lenis censor inquis,  
Sic nobis placeat, nec tibi dispiceat.  
Ut multa breviter parvo sermone perorem,  
Sit bona tota gerens, et mala nulla gemens.  
Te donante, precor, qui regnas trinus et unus,  
Texis in aeternum saecula cuncta D. us.  
XLIII. De superbia et humilitate.  
Qui petit excelsa debet vitare ruinam ;  
In terra recubans non timet unde ruat.

## PROVERBIA.

XLIV. Proverbiū primū. — *De frontis indicō.*  
Frons hominis mentem proprio deponit amicu :  
Qualis vultus erit, talia corda gerit.

## XLV. Proverbiū n.

Frigidus in bellis frustra præcinctitur armis ;  
Nil valet exterior, deficit ubi propria virtus.

## XLVI. Proverbiū m.

Ille jubere nefas, ille perhibetur amare,  
Qui prohibere valet, nec prohibere volet.

## XLVII. Proverbiū iv.

Conjug's et nati vitia vix nosse valeamus,  
Quodque domi geritur, postremi scire solemus.

## XLVIII. Proverbiū v.

Cum conjux, natus, vel servus peccat alumnus,  
Canticæ vulgus habet, nos tamen ista latent.

## XLIX. Proverbiū vi.

Pane suo vivens, aliena negotia supplens,  
Iste sanus æger est.

## L. Proverbiū vii.

Carduus et spina cum pastum præbat asello  
Lactuca labris compar est.

## LI. Proverbiū viii.

Ipsæ manus sibimet immundo stercore sefat,  
Qui canem cauda retentat.

## LII. SENTENTIÆ SEPTEM.

Eci fies canibus, fueris si furnure mistus.

<sup>a</sup> Non a poeta, sed ab imperito librario hæc interdigio potuit apponi, *sabana* scribente pro *sindonem*, quo de plerisque aliis similiter judicanus.

<sup>b</sup> Forte et scriptum pro ut.

<sup>c</sup> Menium hoc loco videmus in verbo *texis*, nobis absque alterius Codicis auxilio insanabile.

<sup>d</sup> In quodam fragmento Jonas Aurelianensis, apud P. Florez, in app. 10 tom. V Hisp. Sacr., leguntur

## PATROL. LXXXVII.

A Detrahit adversus famam, componit amicus.  
Si barbe sanctum faciunt, nihil sanctius hirco.  
Femina nuptura servorum crimina fngit.  
At melius vivens catula, quam functa leæna.  
Mendax est promissa negans, aut reddere tardans.  
Duplex nec bello fortis, nec pace fidelis.

## DISTICHON DIVERSUM.

## LIII. Distichon primū.

Divina bonitas, ne feriat, exerit iram,  
Biæque pie cruciat, ne perpetualiter urat.

## LIV. Distichon ii.

Quisque bene loquitur, et vita pravus habetur,  
Hunc sua verba ligant, et vox quoque propria datur.  
[iust.

## LV. Distichon iii.

B Omnia quæ metuunt homines, hæc rite caventur,  
Namquæ Deum metuens, post ipsum currit ab i. so.

## LVI. Distichon iv.

Virginitas carnis intacto corpore habetur,  
Virginitas animi fidei integritate tenetur.

## LVII. Distichon v.

Mors prima pellit animam, secunda retentat.  
Ut nollens subeat meritam de corpore pœnam.

## LVIII. Monostichon.

Recta fides sensum pandit, non credere claudit.

## LIX. Versus in bibliotheca.

Regula quos fidei commendat noscere libros,  
Hos nostra presens bibliotheca tenet.  
Quinque priora gerit veneranda volumina legis,  
C Hinc Iosues, optimaque hinc Ruth, Moabitica gesta,  
Biblis Regum nectantur in ordine libri.  
Atque his octo concurrunt inde Prophetæ ;  
En Job, Psalt rium, Salomon, et Verba dierum.  
Ezrae consequitur Esther, Sapientia Jesu,  
Tobi, et Judith : concludit hæc Machabæorum ;  
Hic Testamenti Veteris finisque modusque.

Nunc reserare libet carmine scripta • Novi.

Quattuor in capite sacrorum dicta librorum,  
Quos Evangelia recte dixerit priores.

Hæc conscripsere clara quos nomina produnt,  
Matthæus, Marcus, Lucas, sanctusque Joannes.

Hic Pauli monita doctrinæ flere coruscant,

Qui his septena concludens fine volumen,  
Corda pia mulcet, ei terret impia corda.

D Jacobus hic nitido præpollens <sup>c</sup> ordine nitet.

Et Petri gemina resplendet epistola dictis.

Ac triplex legitur <sup>c</sup> magni doctrina Joannis :

Parvaque, sed prudens gestatur pagina Jude.

Hinc et apostolicos percurrent <sup>b</sup> invenies actus,

Quos sanctus merito conscripsit nomine Lucas.

Hos sequitur plana versis, et plena figuris,

Visio Joannis consummans omnia legis.

hi duo versus absque poetæ nomine, hexametro aliquantum immutato :

Frons hominis proprie mentis deponit amicum.

<sup>a</sup> Ita legimus pro eo quod est in Codice : scripta vt.

<sup>b</sup> Ordine legimus pro orræ nullius significationis.

<sup>c</sup> Magnitudo habet Codex, inepte.

<sup>d</sup> Invenies edimus pro inventire.

**Hæc sunt** <sup>a</sup> **sacra Dci juris, hæc mystica** <sup>b</sup> **Dei vivi;** A

**Hæc servare decet, hæc temerare nocet.**

**Illi lectis animus divino munere crescit,**

**Ille cœbras mundi vincit amore Dei.**

**Hinc pravum rectumque parat discernere doctus,**

**Optima perficiens** <sup>c</sup> **et mala sua cadens.**

**Hinc turgens ponit perclusa superbia fastus,**

**Frenatur luxus, comprimiturque dolus,**

**Turbida clamatos amittit rixa tumultus,**

**Acquiriturque sovens pacis amore quies.**

**Quid jam multa loquar? virtus hic proficit omnis,**

**Hæc perimit totum lectio sancta malum.**

**¶ Ecce quid omnium per nomen vis cernere corde,**

**Hæc meditare loquens, hæc memorare tacens.**

**Nunc superest fari, quo sint prescripta jubente,**

**Vel cuius studio in Codice missa siuul.**

**Suumus et egregius congessit cuncta Joannes,**

**Rite ministerium pontificale gerens.**

**• Cesareae vasæ dum pastor praesidet urbi,**

**Hæc veneranda suo nomine dona dedit.**

**Credite jam cuncti, post mortem vivere functum,**

**Cujus post obitum magnificatur opus.**

#### LX. De dilectione.

**Impleat ut vestrum Domini dilectio portus,**

**Rex ipsum Dominum jugiter rogare memento.**

**Diligit ille prior tribuens præcepta suorum**

**Maxime natorum, cupiunt qui currere calleb,**

**Quem coeli rectam regnator et ipse cucurrit,**

**Semper amans natos, ut semper ametur ab i sis.**

#### LXI. De timore.

**Ut timeas Dominum legis præcepta securus,**

**Maxime! Diniticos debes percurrere campos,**

**In quibus aeterno latices de fonte manantes**

**Invenies tibimet vitalia pocula dantes.**

**Quæ segetem magna foveant dulcedine cordis,**

**Hic et in æternum florentia regna ministrent.**

#### LXII. De observandis mandatis Domini.

**Quisquis amat Dominum, debet sermonibus ejus**

**Cernous in cunctis jugiter parere libenter.**

**Verba sonant Domini: Si quis me diligit, inquit,**

**Nostra suis curet discibere munia fibris.**

**Servus enim factis utilissimus esse probatur,**

**Si cupid exsequier factis, quod auribus hauxit.**

#### LXIII. De sapientia.

**Ut valeas vero regi conjugier uno,**

**Regia sit semper regnans sapientia tecum,**

**Quæ tibi consilium valeat conferre beatum,**

**Amplicet regnum, tribuat sine fine coronam.**

**Tegmine purpureo temet circumdet, et orniet,**

**Hic et in æternum felicia gaudia præstet.**

<sup>a</sup> **Vel sacrandi juris:** utramque lectionem suscipit codex.

<sup>b</sup> **Et hic locus corruptus est,** a quo tamen emendando abstinere maluimus.

<sup>c</sup> **Nos libenter legeremus:** et male sua cavens, quod non improbabunt docti.

<sup>d</sup> **Totus hic versus indiget correctione,** quam frustra tentabit, qui aliud exemplar, quocum hæc conserat, non habuerit.

<sup>e</sup> **Non dubitamus quin legendum sit auguste pro** *versus*, **quod librario excidit:** quæ lectio cum carminis in eiusura æque consonat, ac cum communi urbis il-

#### LXIV. De prudentia.

**Temperet interea virtus prudentia regem**  
**Actibus in cunctis, et sanctis moribus ornet**  
**Componat mores, sermones ordinet omnes,**  
**Componat linguam, sensusque ministret acumen,**  
**Exornet habitum, gressum componat honestum,**  
**Ipsa Dei virtus tibimet concedat utrumque.**

#### LXV. De simplicitate.

**Simplicitas animæ virtutum semina nutrit,**  
**Simplicitas regum mores componit, et ornat.**  
**Sermones nitidos puro de corde ministrai,**  
**Odia non retinet, laudes nec captat inane,**  
**Nec cupit absentum fratrum derodere vitam,**  
**Aufert et illuvies hominis de pectore totas.**

#### LXVI. De patientia.

**B Vir patiens patriam poterit concendere celsani,**  
**Si hic nitidam primum teneat sine crimine vitam;**  
**Torporem patiens debet calcare nugacem,**  
**Ne pereat tardus, ne quo sub pondere pressus.**  
**Ingenuum debet serpentis habere columba,**  
**Callidus et prudens debet nitescere serpens.**

#### LXVII. De judicio.

**Dilige judicium, si vis concendere cœlum,**  
**Taliter et vestris censoribus ipse minator:**  
**Discite, si cupitis nostrum conquiri munus**  
**Judicii callem rectio percurrere gressu.**  
**I se tamen sacras debes perquirere leges,**  
**Ex quibus auxilium valeas conferre subactis.**

#### LXVIII. De justitia.

**C Justitia totum cura disponere regnum,**  
**Quod tibi Rex regum communis ju e regendum.**  
**Judicibus juste manda disponere cuncta.**  
**Vivere Cunctipotens sanxit legaliter omnes,**  
**Nam digitus Domini legum censura lapillo**  
**Scrispit, et in chartis jussit discibere vestris.**

#### LXIX. De misericordia.

**Omnia prævideat solers industria regis,**  
**Magna ferat magnis, et præstet parva pusilis :**  
**Non cesses miseros a famis clade levare,**  
**Si cupis in cœlo fructum mercedis habere.**  
**Ille poli poterit regnum concendere celsum,**  
**Noverit hic miseris qui plenam tradere dextram.**

#### LXX. De decimis dandis.

**Da decimas Domino, tibimet qui plara subegit**  
**I Regna, tibi populos jussit servire potentes.**  
**Aurea vasa, & ut petit diversa metalla paravit,**  
**Imposuit gemmis ornatam vertice mitram,**  
**Siricio lembo roseo conclusit et ostro,**  
**Ornavit habitum regalis purpura totum.**

**Ius appellatio;** nos enim aliam Cæsaream quæ *rusta* dicta sit non reperimus. Itaque non longe a vero aberrabimus, si dixerimus suisse hosce versus ab Eugenio elaboratos, dum Cæsarugastæ privatus communoretur; illumque Joannem, cuius munificenciam ac liberalitatem commendare voluit, fuisse sancti Braulionis fratrem, cui Braulio in episcopatu Cæsarugastano successit.

<sup>f</sup> Nos legeremus dominicos, vel quid simile.

<sup>g</sup> Ut petit nihil sonat, sed nec conjectura probabilis occurrit exponenda

LXXI. *De thesauro in cælo collocando.*

**F**elix qui poterit thesaurem condere cælo,  
**C**lanculo quem rapiens nequeat disrumpere latro,  
**T**inea nec maculans valeat corrodere mordax.  
**E**s tibi prædives nimium thesaurus et ingens,  
**A**ngelicus panis, potusque et vita perennis,  
**S**ufficiens cunctis per grandia sæcula justis.  
**A**urea regna tenet supero thesaurus in ævo,  
**A**llic angelica præfulgida vestis habetur,  
**I**n corrupta manens semper sine fine beatis  
**E**llic gemma nitet, pendentia pallia lucent,  
**A**nnulus, armillæ, torque, dextralia, mitra,  
**A**urea cuncta micant, lucentia cuncta coruscant.

LXXII. *De defendendo pupillos et viduas.*

**P**ortis ad auxilium regalia brachia tende,  
**E**t viduas, miseris pariter defende pupillos :  
**S**as clypeus justis, et turris, et arcus, et arma,  
**N**e valeant actus pravi defendere pravos.  
**E**ripiat canctos præclaræ potentia regis,  
**Q**ui jacuere diu pravo sub pondere pressi.

LXXIII. *De avaritia.*

**P**estis avaritiae ne regia pectora tangat,  
**M**unificans cunctis, dilargus et omnibus esto :  
**P**arva dabis parvis, et magnis magna parabis.  
**I**ta ferat auxilium regalis dextera cunctis,  
**O**mnia discreta regis industria servet,  
**M**unere jucundos faciens per regna ministros.

LXXIV. *De pace.*

**P**ax tecum maneat, rex, pacem semper amato :  
**P**ax regum solidat, regni pax cornua firmat ;  
**P**ax animam nutrit, retinet concordia pacem ;  
**P**ax reprimit litem, concordes nequit et idem.  
**L**is pacem motuit, refugit discordia pacem,  
**O**lia pax pellit, castum pax nutrit amorem.

LXXV. *De zelo bono.*

**Z**elus et in numerum virtutum transeat, ante  
**F**erveat ignifero fratris succensus amore.  
**P**acis amator homo debet zelare propinquos,  
**Q**ui moneat fratres germano fudere juctos  
**A**rguat et reprobos frontosa voce superbos,  
**P**acis et amplexus pariter convertat adulteros.

LXXVI. *De clementia.*

**L**uceat in vastro semper clementia vultu  
**L**ætiscans vestros per cuncta palatia servos.  
**I**mbres lætitiae regis clementia fundat,  
**D**ulciter ut populus valeat lætarier omnis ;  
**V**iderit ut vultum regis lucere serenum  
**C**larus argento fulgentem, et purius auro.

LXXVII. *De concilio.*

**A**ccepit consilium multis de cordibus unum,  
**Q**od tibi disponens faciat discretio gratum.  
**U**lio consilium regis confirmat honorem,  
**T**olles et regni fines defendit ab hoste.  
**A**lio consilio debes disponere regnum,  
**R**ex, tibi commissum, regnum per compita totum.

<sup>a</sup> *Adulteros* ferri non potest; sed sive legamus *adulteros*, nullus sensus elici valet.

<sup>b</sup> Mendum absurdissimum in verbo *annet*; sed nulla melior lectionis conjectura occurrit, nisi effingatur, ut si legeremus *exget*, vel quid simile.

A LXXVIII. *De præsidio Domini.*

**P**ræsidio Domini firmantur brachia regis,  
**E**hus et in manibus victrix servabitur hasta.  
**P**ræsidio Domini regnum defenditur omne,  
**C**rescit et eximium pollens virtutibus <sup>c</sup> annet.  
**P**räsidium Domini custodit denique regem,  
**A** pravis semper defendit et hostibus illum.

LXXIX. *De oratione.*

**O**remus pariter toto <sup>c</sup> corde rogantes,  
**U**t tibi præsidio cœlestia porrigit arma  
**A**rbiter omnipotens, ut possis fortiter hostes  
**D**ebacchare tuos <sup>d</sup> foro de cuspide fossos,  
**E**t valeas regum multorum frangere colla,  
**Q**ui Dominum verum volunt cognoscere Christum  
**Q**ui Deus est unus vere cum Patre colendus,

**B**Quem superus totus cognoscit, et infimus ordo,  
**Q**uem chorum angelicum collaudans semper adorat  
**E**t Genitum Patris totum diffusa per orbem  
**E**cclæsia Christum cognoscit et omnipotentem.  
**Q**ui mare, tellurem, cœlum, qui cancta creavit,  
**Q**uae mundus totus per totum continet iste.  
**Q**ui posuit celso lucentia sidera cœlo,  
**E**t roseis totum coloravit floribus orbem,  
**S**ideribus variis superum depinxit Olympum,  
**M**uneribus sacris mundum ditavit et ipsum ;  
**Q**ui concessit aquis geminos producere fructus,  
**E**t diversa locis diversa ponere sanxit ;  
**S**cilicet, altillum sursum, laticumque deorsum,  
**U**t plebs pinnibula cœli concrescat in auris,  
**E**t squamosalosum fluidis concrescat in undis ;

**C**ilia poli volitans siccas transverberet auras,  
**I**sta maris bibulas natans transcurrat arenas.  
**C**ujus ad imperium rutilans allampadat ignis,  
**E**t tremulas mittunt timidas tonitrua voces.  
**N**ebula discurrens properat dispergere nimbos,  
**G**randinis ut fractos jaculet de ventre lapillos.  
**A**rcus in excuso servato foderat durat,  
**N**e cataclysmus aquæ terrarum germina perdat.  
**T**endit et igniferos mundi per compita crines  
**S**ol nimium rutilus, pulcherrimus atque coruscus,  
**I**mpleat ut totum proprio de lumine mundum.  
**P**lura quid enumerem Christo parere potenti ?  
**O**mnia festinant que nunc per secula durant.

LXXX. *De sacerdotibus.*

**D**Tu decus Ecclesiæ, virtus et gloria regai,  
**S**emper ama Dominum te quia semper amat.  
**P**räcipue primum conservet et ornat  
**J**ura sacerdotii pontificalis honor.

LXXXI. *De pontificibus.*

**I**pse prior nitidam ducat sine crimine vitam,  
**U**t sit commissi splendida forma gregis.  
**F**ormoso et nitido perfuso semper olivo,  
**C**ulmen apostolicum debet habere caput.  
**A**mbrosium populis præsul conflagret odorem,  
**E**jus et exemplo concio salva fiat.

<sup>c</sup> H'c syllaba una desideratur; forte scripsit Eu. genius *to:o de corde*.

<sup>d</sup> Nos lubentes legeremus *forti* vel *ferri* pro *foro*.

Tu decus egregium, virtus et gloria regni,  
Semper ama Dominum, te quia semper amat.

LXXXII. *De presbyteris.*

Dicito presbyteris, vestram suscire sorenam  
Non debet heresie simoniaca fidem.  
Tollitur aeternum terreno munere munus,  
Et maculat parva sportula multa bona.  
Deditus esse Dei servus non debet usurpis  
Terrenis, cuius est super astra locus.  
Nec vitio clericus debet succumbere, sacra  
A sidus cuius insula colla premit.  
Tu decus Ecclesiae, virtus et gloria regni,  
Semper ama Dominum, te quia semper amat.

LXXXIII. *De admonendo monachos.*

Audimeat monachos dulcis vox regia cunctos,  
Ut rebus careant, regna superna petant.  
Non hos vanarum turbet possessio rerum,  
Est quibus in celo vita parata throno.  
Exemplo Eliae populi consortia vitent,  
Et Pauli, Antonii, atque Joannis ament.  
Propria dimittant, habeant ut propria cuncta,  
Vir nihil extraneum pacis amator habet.  
Tu decus egregium, virtus et gloria regni,  
Semper ama Dominum, te quia semper amat.

LXXXIV. *De iudicibus.*

Judicibus jubeat vestra praeclara potestas,  
Rite regant populum semper ubique laum.  
Non hos decipiatur auri decoctio pura,  
Noxius argenti nec male captet amor.  
Censoribus populi obedient, ut postulat ordo;  
Sic pax obtineat omnia regna tua.  
Et tibi sit laus, virtus, et gloria, Christe,  
Hic et in aeternum sit tibi semper honor.

## EPITAPHIA.

LXXXV. *Epitaphium Chindasvinto regi conscriptum.*  
Plangite me cuncti, quos terrae continent orbis,  
Sic vestra propriis probra laventur aquis.  
Sic Christus vobis dimittat debita clemens,  
Sic pateat summi fulgida porta poli.  
Promite funereum contrito pectore fletum,  
Et faciat luctum collacrymando pium.  
Suspirate Deo, gemitum producite moestum,  
Ac pro me misero dicite: Parce, precor.  
Chindasvintus ego noxarum semper amicus,  
Patrator scelerum Chindasvintus ego.  
Impius, obsecnus, probrosus, turpis, iniquus,  
Optima nulla volens, pessima cuncta valens.  
Quidquid agit qui prava cupit, qui noxia querit,  
Omnia commisi, pejus et inde fui.  
Nulla fuit culpa, quam non committere vellem,

\* Scilicet domini Eventii parenti, eidem quem  
alii nomine celebravit versibus acrostichis tanquam

## A Maximus in vita et prior ipse fui.

En cinis hic redii sceptra qui regia gessi;  
Purpura quem exuit, jam modo terra premit.  
Non mihi nunc prosunt biblates tegmina regni,  
Non gemme virides, non diadema nitens.  
Non juvat argentum, non fulgens adjuvat aurum,  
Aulica fulera nocent, nec mihi gaza placet.  
Omnis enim lutea deceptrix gloria vita,  
Et flatus abiit, mox liquefacta perit.  
Felix ille nimis, et Christi munere felix,  
Qui terrae fragiles semper abhorret opes.

LXXXVI. \* *Epitaphium Nicolao aro.*

Quisquis Romulidum fasces, clarumque senatum  
Concelebrare cupis, quod venereris habet.  
Si tibi bella placent, aut te prudentia minaret,  
B Perfer ad hunc tumulum funeris obsequium.  
Nicolae ille, perpes quem fama loquitur,  
Cuique alium similem secula nella ferat;  
Postquam magnificos gessit ex hoste triumphos,  
Dura sorte necis hic tumulatus inest.  
O felix vita! o mortis sententia dira!  
Sic vixisse placet, sic abiisse dolet.

LXXXVII. *Epitaphium Eventio.*

Ecce patet aditus, et sacri janua templi,  
Reddite vota Deo, ecce patet aditus.  
Hanc in honore Dei supplex Eventius aulam  
Sacram fabricans hanc in honore Dei;  
Hic patriis cineres praeciso marmore clausit,  
Servet ut omnipotens hic patrios cineres.  
Nicolae genitor, pro te devotio summa est,  
C Hic tibi fructus erit, Nicolae genitor.  
Jure mea tua sunt, quo non serenate, nec essent,  
Sed qui sum fateor, jure mea tua sunt.

LXXXVIII. *Epitaphium Basilla.*

Sparge rosas, lector, et lilia candida pone,  
Et rite sacrum sic venerare locum.  
Hic dilecta Deo, recubans Basilla quiescit,  
Clara parentatu, clarior et merito.  
Virtutum gemmis, et morum flore venusta:  
Hanc imitare velis, si bonus esse cupis.

LXXXIX. *Fragmentum epitaphii.*

..... lacrymas subduc suspiria, lector,  
Non jacet in tumulo res lacrymanda . . .  
Hic raptus recubat felici sorte sacerdos,  
Quem latum coelis intulit alma fides.  
D Nomine Baptistam referens et mente Joanneum,  
Doctrina pollens, virginitate nitens.  
Corde pius, vultu placidus, et monte benignus.  
Prudenter simplex, simpliciter sapiens.  
Omnibus in studiis tantum celebratus habetur.  
Cedat ut ingenio Gracia docta suo.

virum et consilio abundantem, et manu fortissimum:  
Ingens consilis et dextræ belliger actu.  
(Vid. epigramm. XVII primæ partis.)